



Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

Gruterus, Janus

Francoforti, 1614

XV. Præpositi Cathedraſis Eccleſiæ Vienneniſis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

cessis patrono, diui Stephani nomen adsciuerat, in humanis adhuc erat anno 1350.

Horum itaq; ductu, cum Christiana religio ita Wien-
næ excreuisset, vt non solum templum auctius, sed res ec-
clesiastica indies magis magisq; locupletaretur, Rudol-
phus hoc nomine tertius Austriae Archidux, Cathedra-
lem sedem, ac prærogatiuam adiecit: immo quadringen-
tesimo post ruinam eius anno, postliminio in Fabianam
hoc est Wiennam retulit, anno tum à Christo nato cur-
rente 1360. Et ab eo tempore, qui paulo ante parochi erant,
Præpositi deinceps nuncupati sunt, prædiorum Ecclesie
quorundam aucti atq; ornati.

*CATALOGVS PRÆPOSITO-
rum Cathedralis Ecclesie Vvien-
nensis.*

Wernherus, primus præpositus Cathedralis Ecclesie
omnium Sanctorum ad diuum Stephanum Wienna, à
Rudolpho hoc nomine tertio Archiduce Austriae inaugu-
ratur, anno 1360.

Albertus à Garfio, siue de familia fuerit, siue parochus
eiusdem loci, præpositum Wiennae in omnium Sanctorum
Cathedrali templo egit, anno salutis 1370.

Berctoldus, præpositus wiennensis anno 1381.

Antonius, præpositus Wiennensis anno 1400.

Vvilhelmus Tuers, de nobili Austriae prosapia, anno
salutis 1412. præpositum Vviennensem egit Cate-
dralis ad diuum Stephanum, siue omnes Sanctos tem-
plum.

Albertus Comes à Schaunburg, præpositum egit an-
no 1440.

Iodocus Hansner, I. V. doctor, præposituram wiennens-
sem administravit 1460.

A quo tempore, Friderici tertij hoc nomine Austriae Ar-
chiducis, & in Imperio postea quarti auspicio & ductu
præpo-

præpositura Episcopatus nomine & permutata & decorata-
 titur. Cui præpositum de nouo subiecit, & huic Berich-
 taldorffensis prædii regij censum præscripsit, & alias ædes
 senatoriæ domui, siue Curia Vrbanae oppositas designa-
 uit, veteris præpositurae domo Episcopatus curia constitu-
 ta. Reperitq; in vtroque munere, ab anno Domini 1482.
 hos fere qui sequuntur.

CATALOGVS EPISCOPORVM
Vviennensium.

Leo à Spaur nobili loco ortus in comitatu Tyrolensi, à
 Friderico Cæsare quem tertium cognominant, Austriæ
 Archiduce, wiennensis Episcopus constitutus, veteri à
 Paulo secundo Pontifice maximo eiusdem Ecclesiæ priui-
 legio impetrato, anno 1480.

Bernhardus, & ipse magno in Austria loco natus Ar-
 chiepiscopus primo Saltzburgeris, à Friderico tandem
 Cæsare Leoni Vviennensi Episcopo successus est, an-
 no 1485.

Vrbanus Agriensis ex Hungaria Episcopus, Matthiæ
 Hungariæ regis quæstor & aulicus: simul vt is rex, expu-
 gnata Vienna, rerum cœpisset in Austria potiri, wien-
 nensem Episcopatum viuento adhuc Bernhardo, à suo re-
 ge gubernandum accepit.

Ioannes Vesprunienfis ante in Hungaria Episcopus, ab
 Matthia rege Hungariæ & Austriæ possessore, Vrbanò
 subsecutus, in Episcopali Cathedra mansit, donec Maximili-
 anus Austriam recepisset.

Bernhardus Baro à Bolhaym, à Maximiliano Impera-
 tore, cum is wiennam in fidem recepisset, Vesprunienfi
 mortuo successus est: sed cum sacris non initiaretur, Epi-
 scopatus Vviennensis se tantum administratorem scri-
 psit.

Georgius à Sclavonia, Maximiliano Cæsari à sacris